Iudex praefatus iudicialiter Condemnauit in vim autem Condemnationis eiusmodi Iudicium praesens Castren Capitan Bransczen visa et considerata citatorum clamatorum et non comparentium Contumacia et temeritate Iuri Communi et partis Actoreae affectationi Consentiendo Citationis inherendo super ipsis Citatis et bonis eorum omnibus paenam Bannitionis decreuit ipsosque Citatos
9246 iam exnunc Bannitos et de Regno Poloniae Dominiisque eidem annexis proscriptos esse pronunciat et ad publicandam eandem paenam Bannitionis Ministerialem suprascriptum Prosdenski
addit et deputat.

# Ciues Suralenses

Banniti

Super Citationem literalem Castrensem Capitan Bransczen tenoris talis Franciscus Ioannes in Kleczow Lesnowolski Bransczen etc Capitan Vobis famatis proconsuli cum Consulibus Viceaduocato cum scabinis totique Communitati Oppidi Sacrae Regiae Maiestatis Suras de bonis vestris Omnibus Vigore Regio et nostra qua in hac parte fungimur authoritate mandamus ut in Terminis Iudicialibus simul et Querelarum ac Causarum officii Castren Capitan Bransczen feria Secunda post datam praesentis Citationis prius vel proxime in Curia Regia Bransczen celebrandis personaliter et peremptorie compareatis ad instantiam instigatoris Iudicii nostri et ipsius delatoris Nobilis Simonis olim Petri Borowski de Borowo proheres [illegible] heredis. Qui vos citat ad Banniendum et de Regno Poloniae Dominiisque eidem annexis proscribendum ob impugnatam Actoris Rumationem seu forcem de brachio Regali Intromissionem in bona vestra per Vicesgerentem officii nostri Ministerialem et Nobiles apud vos officiose affectatam in ipsa lucrorum perlucrorum in officio Terrestri officioque Castren Bransczensi Iuridice perductorum in Causa vobis instituta ideo Quia vos existentes multoties amicabiliter moniti et requisiti non vultis neque curatis eidem Actori iustitiam debitam et competentem de famato Tereske Iwanowicz Concive vestro Qui accepta Summa pecuniae ab Actore videlicet Quindecim Florenorum Pollenicales quam submisit se Generoso Mattheo Salbrzik Wysocki subiudici Terrae Bielscen pro tunc Exactori fumalium dare et persoluere et non persoluit in qua Summa idem Generosus Exactor vestes certas Actoris moderni proprias in Summa praefata ipsi ad tempus certum iam diu praeteritum traditam habuit administrare seu Ius Polonicum locare non vultis neque curatis. Citamini itaque ad videndum et audiendum super vobis et bonis vestris Omnibus paenam Bannitionis decerni Ministerialem ad publicandum addi et deputari iudicialiter sitis responsuri et Terminum in quo vobis latius praemissa declarabuntur attentaturi. Datum in Curia Regia Bransczen feria Secunda post Dominicam Iubilate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo. Cuiusquidem Citationis praeinsertae Copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Simon Topienski tunc et illius super quam Rumatio est obtenta [illegible] una [illegible] ante suos Terminos Septimana in Oppido Suras apud Proconsulem posuisse et Communitati publicasse recognouit. Demoratus Actor suprascriptos Citatos ad

ad Iudicium præsens Castren Capitan Bransceñ per Ministerialem Regni Generalem
Nobilem Benedictum Brzozowski Iuridice clamatos et non comparentes in pœna Banitiones 925
ex Regestri Ordine admittenteq Iudicio præsenti iudicialiter condemnavit. In rem autem
Condemnationis eiusmodi Iudicium præsens Castren Capitan Bransceñ visa et considerata
Citatorum clamatorum et non comparentium Contumatia et remonitione Iuri Communi et
partis Actoreæ affectationi Contentaq Citationi inhærendo super ipsis Citatis et bonis
ipsius Omnibus pœnam Banitionis decernit ipsosq iam extunc Banitos et de Regno
Poloniæ Dominiisq eidem annexis proscriptos esse pronunciat et ad publicandam eandem
pœnam Banitionis Ministerialem suprascriptum Brzozowski addit et deputat. Qui
quidem Ministerialis præfatus in sua deputationis referens et a loco publicationis
rediens recognovit se præfatam pœnam Banitionis super præfatis Citatis ex in-
stantia prænominati Actoris dictam in loco solito Iudicia non ac foro oppidi huius
Bransceñ in præsentia multorum et variæ conditionis hominum pro tunc congre-
gatorum alta sua præconica voce proclamasse publicasse et notitiæ debitæ omnium
deduxisse de quo suam Rellationem fecit.

## PERKOWSKI EDUCTI SCRUTINII IUCTOR

Super Citationem Literalem Castren Capitan Bransceñ tenoris talis Franciscus
Joannes in Hloscow Lesnowolski Bransceñ etc Capitan Vobis Nobilibus Joanni Andreæ
et Martiano olim Stanislai Perkowski Principalibus Bartholomeo olim Fabiani Benedicto
olim Mathæi Perkowskiem Stanislao olim Bartholomei Roskowski Joanni filio olim
Nicolai Perkowski Iacobo olim Mathæi Roskowski et Paulo olim Stanislai Roskowski
complicibus de perki et roski heredibus de eisdem bonis vestris omnibus Legore
Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus ut Coram Iudicio nostro Castrensi
Capitan Bransceñ in Terminis Iudicialibus Castren Cap[illegible]n Bransceñ in Curia Regia
Bransceñ primis et proximius post datam et positionem præsentis Citationis celebrandis
personaliter et peremptorie compareatis ad instantiam Instigatoris Iudicii nostri
et eius delatoris Nobilis Martiani olim Adami Perkowski in perki heredis Actoris
Qui vos citat inhærendo constitutionibus Regni de educendis scrutiniis sancitis ad
videndum et attendendum contra vos scrutinium iuxta Protestationem contra vos
factam Ratione per vos pœnas contra licentiosos domorum alienarum invasores et ra-
ptores substantiarum sancitas [illegible]on nervendo domus eiusdem Actoris in villa Karpie
sitæ invasionis et expulsionis Nobili Fabiano Brzozowski custode Domus et substantiæ
Actoris totius substantiæ desolationis Frumentorum trituronis scivini et aliorum
frumentorum in rem prædæ receptiones alvearium et apum eruitionis olodiorum ac
stabulorum expilationis et pœnarum exinde ex iure emergentium et pro arbitrio